

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Religio x cum fonte primo

Video
quosdam
quod sine dolore uideri non debet,
post aggressam Christi miliciam
rursus implicari secularibus,

rurus terrenis cupiditatibus immergi
cum magna cura erigere muros et
negligere mores sub pretextu quoque
communis utilitatis uerba uendere
diuitibus et matronis salutationes,
sed et contra sui imperatoris edictum
concupiscere aliena, et sua cum lite
repetere.

Ita ne se mundo et sibi mundum
cruxifixerunt ut qui ante uix in suo
uico uel oppido cogniti fuerint, modo
circumeuentes prouincias et curias
frequentantes, regum noticias, principum
familiaritates assecuti sunt.

Bernardus omelia IIII. super Missus est.

Video
et alios,
quod non sine dolore videri debet,
post aggressam Christi militiam,
rurus saecularibus implicari
negoitiis,
rurus terrenis cupiditatibus immergi,
cum magna cura erigere muros et
negligere mores, sub praetextu quoque
communis utilitatis verba vendere
diuitibus et matronis salutationes,
sed et contra sui Imperatoris edictum
concupiscere aliena et sua cum lite
repetere,
non audientes Apostolum ex imperio
Regis tubicinantem: HOC IPSUM, inquit,
DELICTUM EST IN VOBIS, QUOD CAUSAS
HABETIS. QUARE NON MAGIS FRAUDEM
PATIMINI?
Ita ne mundum sibi et se mundo
crucifixerunt, ut qui antea vix in suo
vico vel oppido cogniti fuerant, modo
circumeuentes provincias et curias
frequentantes, regum noticias, principum
familiaritates assecuti sint?

Bernardus Claraeuallensis, *Homiliae*
super "Missus est", 4, 10 (SBO 4, J.
Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.56, ll.1-11).